

28

- ..... Galbae  
 . . [Pa]piri Carbonis  
 [L. Calpu]rni Bestiae

*Carthagine (Eph. ep. 7, 177). Tres viri hi sine dubio collegium aliquod effecerunt, fortasse obris dividendis; Bestia videtur fuisse is qui fuit tribunus plebis anno 655 (Cic. Brut. 34, 128), consul a. 643, Carbo aut is qui memoratur N. 23 aut Cn. Papirius consul a. 644, Galba C. Sulpicius damnatus una cum Bestia (Cic. Brut. 35, 127) anno 644 (cf. I. Schmidt et Mommsen, Eph. l. c.).*

29 [C.] Sergius M. f. | Vel. Mena;<sup>1</sup> | . . [S]ergius C. f. Vel.,<sup>1</sup> | quom Q. Caepione | proelio est occisus;<sup>2</sup> | C. Sergius . . .; | C. Sergius . . .

.....  
*Romae extra portam Ostiensem (I 582. VI 5632). — 1) Pater, libertini videbilet filius, cognomine utilitur Graecanico, filius, utpote a patre avoque civibus oriundus, cognomine abstinet (Mo.). — 2) Intellegitur Q. Servilius Caepio, legatus P. Rutilii consulis a. 664, post eius caedem cum C. Mario exercitui praefectus et mox a Q. Pompaedio duce Marsorum insidiis circumventus (Liv. ep. 73; Appian. b. c. 4, 44; Eutrop. 5, 3).*

### Regum et populorum Asiae donaria.

30 [Rex Metradates Pilopator et Pil]adelpus<sup>1</sup>, regus Metradati f., [poplum Romanum amicitiai e]t societatis ergo quae iam [inter ipsum et Romanos optin]et; legati coiraverunt [Nemanes Nemanei f. et Ma]hes Mahei f.  
 [Βασιλέως Μιθραδάτης Φιλοπάτωρ καὶ Φιλάδελφος<sup>1</sup>  
 [βασιλέως Μιθραδάτου τὸν δῆμον τὸν  
 [Ρωμαίων φίλον καὶ] σύμμαχον αὐτοῦ  
 [γενόμενον εὔνοιας ] ἐνεκεν τῆς εἰς αὐτόν.  
 [πρεσβευσάντων Ναιμάνους τοῦ Ναιμάνους,  
 [Μάου τοῦ Μάου]

*Romae rep. sub Capitolio, ubi nunc dicitur 'piazza della Consolazione', lapis Tiburtinus (Gatti Bull. com. 1886 p. 405, 1888 p. 159; Huelsen Mittb. 1889 p. 252). A parte intuenti dextra supersunt litterae Graecae ΟΔ... | ΦΙΔ... | ΡΩ..., quae pertinuerunt ad titulum in alio lapide iuxta positio continuatum δ δῆμος δ Ταβηνῶν φίλος καὶ σύμμαχος Ρωμαίων. Rursus in hoc lapide superest particula tertiae inscriptionis popul. .... | popul. .... quae videtur similis fuisse N. 35 (cf. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. p. 696). Cf. de his inscriptionibus, positis a regibus populisque Asiae in Capitolio, sed fortasse non eodem tempore, Gatti et Huelsen l. c. — 1) Rex hic dictus Philopator et Philadelphus videtur idem esse cuius extat nummus argenteus (tetradrachma) cum inscriptione βασιλέως Μιθραδάτου φιλοπάτορος καὶ φιλαδέλφου (Th. Reinach rev. numism. 1887 p. 97 seq., 1888 p. 249 seq.). Sed quis fuerit et quando vixerit, incertum. Reinach (l. c.) habet eum pro Mithridate rege Ponti, patre magni Mithridatis Eupatoris, licet ille alibi appelletur non Philopator et Philadelphus, sed Euergetes, praeterea perhibetur fuisse filius non Mithridatis,*